



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs  
Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus  
Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum  
Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de  
Coloniae, 1573**

**VD16 T 1629**

Cap. XIX. Quomodò ipsa epistola Zephyrini conuincat, antiquiores has  
epistolas Hieronymi aetate, id est, ante annos mille ducentos, & amplius  
scriptas esse, & quomodò in his epistolis tant[a]e ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29685**

in causa fabri, aut aratoris. neq; presbyter in causa presbyteri, nec Episcopus <sup>Magd. dome-</sup>  
in causa Episcopi, testis esse possit, si neq; pontifex de epistola alterius pon-<sup>stici testes,</sup>  
tificis potest testificari. Et quid hoc stultius, aut absurdius dici potest? & cū <sup>quibus nō sit</sup>  
scriptura diuina dicat, testis fidelis non mentitur: quid iniquius, quām san-<sup>credēdū, sunt</sup>  
ctissimos pont. & martyres, de infidelitate & mēdacio damnare? Illos verò, <sup>oēs eiusdem</sup>  
quos Magd. dicunt, negāsse authoritatem epistolarum priscorum pontifi-<sup>artis & pro-</sup>  
cum, quia non essent in codice canonum, quām grauiter & vehementer Ni-<sup>fectionis.</sup>  
colaus primus testimonij pontificum sanctissimorum confutārit Gelasij,  
& magni Leonis, quorum epistolas non negant isti, licet depravatas esse fin-<sup>Caput Grat.</sup>  
gant, intelligi potest ex illo ipso cap. si Romanorum pont. apud Gratianum <sup>dist. 19. quod</sup>  
<sup>dist. 19. in epistolas</sup>  
dist. 19. quod idem Magd. in epistolas Zephyrini, immo in omnes veterum <sup>in epistolas</sup>  
Pontificum epistolas obiecerunt, vel dicam potius, contra se obseruārunt, <sup>reverū pone-</sup>  
vt suo indicio, vetere proverbio, perirent: & tanquam noui Saules aut Abi-<sup>Magd. obiece-</sup>  
melechitæ, in gladios ab armigeris suis eductos irruerent. Hoc verò caput rūt, ad defensio-<sup>nem</sup>  
dist. 19. ab ipsis productum, quia ad defensionem omnium epistolarum pri-<sup>dendam veri-</sup>  
scorum pont. quas isti negant, mirificè valet, in extrema parte quinti volu-<sup>tatem earum</sup>  
minis defensionis earum, recitabo: quod totā causam nemo neq; vehemen-<sup>mirificè ra-</sup>  
tiūs, neq; grauiūs, nec eruditius, quām Nicolaus, perorare potuisset, neque <sup>let.</sup>  
Magdeburgenses ipsos valentiūs refellere.

Quomodo ipsa epistola Zephyrini conuincat, antiquiores esse has episto-  
las Hieronymi ætate, id est, ante annos mille ducentos & amplius scriptas  
esse, & quo in his epistolis tantæ antiquitatis, Canon apost. 74. citetur. Ca. 19.

**V**T autem hæ Zephyrini epistolæ apud Magd. velint, nolint, si non ad  
authoritatem, ad antiquitatem saltem valere debeant, fuisse scriptas  
ante interpretationem Hieronymi veteris testimoniū, testimonio clá-  
rissimo est, quod nullo ingenio eludi queat, quod qui has epistolas post té-  
pora Hieronymi reperit, & in publicum emilit, pro interpretatione 70. qua <sup>Vnde liquet</sup>  
Zephyrinus vñus est, interpretationem Hieronymi posuit & substituit. Qui <sup>manifeste, ep̄</sup>  
quidem, siue fictas reperisset, & Zephyrino falsò attributas, siue ipse idem <sup>sto. Zephyrini</sup>  
eas finixisset, & pontifici Zephyrino apposuisset, cuius eas haberi voluisset, <sup>antiquiores</sup>  
profectò necessè erat, vt interpretatione 70. qui ante ætatem Zephyrini fu-<sup>esse etate His-</sup>  
erant, vñus esset: non autem Hieronymi, quem Zephyrinus nōesse nō potuit:  
quis hoc dubitet, nisi qui omni prorsùs iudicio & ratione careat? sed, quia  
non est veritus, nē propter interpretationem Hieronymi non tribueretur  
Zephyrino antiquissimo pontifici epistolæ istæ, non dubitauit eam in locū  
interpretationis 70. substituere, quod esset eo tempore, cū hæ epistolæ ap-  
paruerunt, in vñu & consuetudine ecclesiarū. Sed doceamus hoc, quod for-  
tasse Magd. negaturi sunt, fuisse scilicet vñsum interpretatione 70. authorē  
harum epistolarum, siue Zephyrinum, vt nos affirmamus, & vniuersa pro-  
ficitur ecclesia, siue alium, vt Magd. somniant, quem necessè est, antiquiore  
Hieron, fuisse, testimoniu ergo Esaïe in epis. 2. Zephyrini citatū, Audite me, <sup>Esa. 53.</sup>

L 2 qui

*Locus Esiae  
citat. à re-  
phyrino post  
ex interpre-  
tatione 70.*

qui scitis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est, nolite ti-  
mere opprobrium hominum, & blasphemias eorum nè timeatis: hoc inquā  
testimonium, alioquin ex interpretatione Hieronymi sumptū, quod author  
epistolæ Zephyrinus, siue is qui epistolam Zephyrino secundūm istos falsò  
inscripsit, ex 70. vt necessè erat, vt potè ante tempora Hieronymi, & non ex  
interpretatione Hieronymi sumperserit, perspici potest ex eodem loco, cùm  
ait paulo antè author epistolæ: His suffulti suffragijs, nō multū debemus  
timere opprobrium hominum, nec eorum exprobratiōibus vinci, quoniam  
hoc nobis Dominus iubet per Esaiam prophetam, dicēs: Nolite timere op-  
probrium hominum, & exprobratione eorum nè vincamini. Sic enim ha-  
bent 70. quod cum superioribus epistolæ rectè conuenit, pro quo substitu-  
ta est interpretatio Hieronymi: Nolite timere opprobrium hominum, &  
blasphemias eorum nè timeatis, in qua interpretatione nō est illud. Et expro-  
bratione eorum nè vincamini, cum quo, vt dixi, cōuenit, quod author epi-  
stolæ dixerat, Neq; debemus eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc  
iubet Dominus per Esaiam &c. Quis ergo non intelligit, & planè videt, non  
congruere interpretationem Hieronymii cum ijs, quę author epistolæ pro-  
ximè dixerat, & testimonio Esiae confirmare voluit? In hac igitur epistola  
tantæ antiquitatis, vt potè scripta (velint, nolint Magd.) ante mille ducentos  
annos & amplius, citatur sententia canonis Apostolici, cùm ait: Præceptum  
est ergo in antiquis statutis, illis scilicet, quę proximè vocauerat constituta  
**Apostolorum, Episcopos electos, atq; suis rebus spoliatos, ad ecclesias pro-**  
*Can. Apostol.  
74. citatus in 74. Ex eo enim elicitur hęc sancti Zephyrini Apostolica sententia. Iubet enim  
epist. 2. Zephyrini.*  
**prias primò recipi, & sua omnia eis reddi: & demū, si quis eos iustè accusare  
voluerit, aequo periculo facere: & iudices esse decernentes Episcopos recta  
sapientes. Illud autem aduertendum est, nè quis h̄c tergiuersandum aut ca-  
uillandum esse putet, vt solet scriptura sancta citari aliquādō non numer-  
atis verbis, sed ponderata sententia, sic h̄c citatum esse canonem Apostolorū**

**decerni vocato, auditō, & conuictō: consequens necessariō est, vt simul iu-  
beat, si qui fuerint electi, & spoliati suis rebus, prius ad ecclesias suas reu-  
centur, & omnia eis restituantur: ac tunc audiantur: & iustè iudicētur: & cō-  
uicti, puniātur. Hoc autem magis adhuc ex eo, quod in canone sequitur, in-  
telligi potest. Iubet enim, vt si vocatus Episcopus venire noluerit, vocetur  
iterum: & si ne tūc quidem parere voluerit, vocetur tertio, duobus Episco-  
pis ad eū missis. Quod si contempserit, & non occurrit, Synodus in eum,  
vt videbitur, sententiam pronunciet, nè videatur lucrum fecisse ex fuga &  
declinatione iudicij: alioquin quomodo ex fuga atq; declinatione iudicij lu-  
crum fecisse videri posset, nisi electus & spoliatus, antequām iudiciali ordi-  
ne huc ventum sit, reuocandus & restituendus in locum suum esset?**

Quomo-